



**Venerabilis Bedæ Presbyteri Anglo-Saxonis, Doctoris
Ecclesiæ Vere Illuminati Opera Theologica, Moralia,
Historica, Philosophica, Mathematica & Rhetorica,
quotquot hucusque haberi potuerunt omnia**

In Vetus Et Novum Testamentum, Salvberrimis In Moysis Pentatevchvm,
Tobiam & Iobum, Libros Regum, Davidis Pasalmos, Parabolas Salomonis &
Cantica, Prophetas &c. explanationibus & Quæstionibus enodata:
Moralibus doctrinis & expositionibus in quatuor Evangelistarum Evangelia
illustrata: facundissimis ...

Beda <Heiliger>

Coloniæ Agrippinæ, 1688

De tropis sacræ scripturæ, liber

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72031](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72031)

BEDÆ PRESBY-
TERI DE TROPIS SA-
CRÆ SCRIPTURÆ LIBER.

De Tropis.



Ropus, est dictio translata à propria signifi-
catione ad non propriam similitudinem, or-
natus necessitatisve causa. Sunt autem τρό-
ποι, qui Latine modi, vel mores inter-
pretari possunt, numero tredecim: vi-
delicet,

- 1 μεταφορά.
- 2 κατάχρησις.
- 3 μετάληψις.
- 4 μετανομία.
- 5 ανωνομασία.
- 6 επιθετον.
- 7 σιωπηδονη.
- 8 ονοματοποιία.
- 9 περιφρασις.
- 10 υπερβατον. Species sunt quinque.

- 1 υδρολογία.
- 2 αναστοσις.
- 3 παρήβησις.
- 4 τμησις.
- 5 σύρρασις.
- 11 υπερβολή.

Species sunt septem,

- 1 ειρωνία.
- 2 αντιφρασις.
- 3 αινιγμα.
- 4 χαρεντισμος.
- 5 παροιμία.
- 6 σαρκασμος.
- 7 δευσιμος.

Species sunt tres.

- 1 ειρων.
- 2 παραβολή.
- 3 παραδειγμα.

De Metaphora.

Μεταφορά, est rerum verborumque translatio. Hæc fit
modis quatuor: ab animali ad animal, ab inanimati
ad animal, ab animali ad inanimati, ab inanimati ad
inanimati. Ergo ab animali ad inanimati ita fit, ut Psalmo
secundo: Quare fremuerunt gentes? Et: Dominus qui eri-
puit me de ore leonis, & de manu ursi. Item Psalmo 138.
Si sumptero pennas meas ante lucem. Nam & homines,
& bestia, & volucres animam habent.

Ab inanimati ad animal: ut

Zacharia 11. Aperi Libane portas tuas. Item Psalmo 8. Qui
perambulat semitas maris. Translatio est enim à civitate
ad montem, & à terra ad mare, quorum nullum animam
habet.

Ab animali ad inanimati: ut

Amos 1. capite, Exiccatus est vertex Carmeli. Homines e-
nim, non montes verticem habent.

Ab inanimati ad animal: ut

Ezechielis 11. cap. Auferam à vobis cor lapideum. Non e-
nim lapis, sed populus animam habet.

Hic autem tropus & ad Deum fit multifariè. A volu-
cribus: ut, Sub umbra alarum tuarum protege me. A fer-
ris, ut, Dominus de Sion rugiet. A membris humanis: ut
Psalmo decimo sexto, Quis mensus est pugillo aquas, &
cælos palmo ponderavit? Ab homine interiore: ut Eisaie
quadagesimo, Inveni David filium Jesse, virum secundum
cor meum. A motibus mentis humanæ: ut Psalmo
secundo, Tunc loquetur ad eos in ira sua. Et Genesis sex-

to: Pœnitet me hominem fecisse. Et Zacharia octavo: Ze-
latus sum Sion zelo magno, & innumera huiusmodi. A re-
bus insensibilibus: ut Amos secundo, Ecce ego strido super
vos, sicut stridet plautrum onustum feno. Qui videli-
cet tropus & in communi loquutione usitatissimus est,
quem dicimus, Fluctuare legetes, gemmare vires, flori-
dam juventutem, & lacteam canicem.

De Catachresi.

Κατάχρησις, est abulio nominis aut verbi, ad significan-
dam rem quæ propria appellatione deficit. Hæc au-
tem à metaphora differt, quod illa vocabulum habentem
largitur: hæc, quia non habet proprium, alieno uti-
tur: ut parricidam dicimus, qui occiderit fratrem; &
piscinam, quæ pisces non habet. Hæc enim nisi extrinse-
cus fumerent suum vocabulum, non haberent. Huic simili-
e est illud: Pone vestes in quatuor angulis mensæ per sin-
gulos pedes, & sextum sagum in fronte tecti duplilis, & i-
bi confringit cornua arcuum. Et secundi Paralipomenon
quarto: Labium illius erat quasi labium calicis, & repandi
Ilij Pedes quippe, & frons, & cornu, & labium, hominum
tantum sunt, & animantium, non etiam rerum insensibi-
lium. Quæ nomina, si Scriptura præfatis rebus non impos-
sisset, quod proprium his diceret, non haberet. Ad hunc
tropum pertinet quod scriptum est Joannis quinto. Est au-
tem Hierosolymis probatica piscina, à piscibus enim no-
men accepit aqua, quæ nequaquam propter pisces, sed ad
lavandas (ut ferunt) hostias, collecta est: unde Probaticæ
cognomen sortita est.

De Metalepsi.

Μετάληψις, est dictio gradatim pergens ad id quod o-
stendit, & ab eo quod procedit, id quod sequitur in-
finuans: quemadmodum habetur apud Psalmistam, La-
bores fructuum tuorum manducabis. Labores enim po-
luit pro his qui laborando acquiruntur bonis. Nec non &
illud Psalmi 103. Draco iste quem formasti ad illudendum
ei: per draconem diabolus, per diabolus bonus angelus
intelligendus est, quali: a Deo formatus est.

De Metonymia.

Μετωνομία, est quædam veluti transnominatio, ab a-
liâ significatione ad aliam proximitatem translata.
Hujus sunt multæ species. Per id quod continet, id quod
continetur, ostendit: per id quod continetur, id quod con-
tinet: per inventorem, id quod inventum est: per inven-
tum, inventorem, per efficientem, id quod efficitur: per id
quod efficitur, efficientem. Per id quod continet, id quod
continetur, ut Genesis vigesimo quarto, Effundens hy-
driam in canalibus, aut contra. Accipe literas tuas, neque
enim hydria effundebatur, sed quod in ea continebatur:
nec literæ in manus, sed charta quæ literas continet, ad-
sumitur, Et iterum: Dimitte eam, & vadat, & aspicietis.
Non enim arca, sed plautrum quo continebatur aqua: vel
boves qui ducebant plautrum, ire poterant. Hæc & per
efficientem, id quod fit: & econtra per hoc quod fit, effici-
entem designat.

De Anonymasia.

Ανωνομασία, est significatio vices nominis posita, ex
accidentibus videlicet, propria significat perso-
nam, quæ tribus fit modis: ab animo, à corpore, extrinse-
cus. Ab animo, ut Eisaie 11. Nunquid non tu percussisti su-
perbum? à corpore, ut 1. Regum 17. Vir spiritus altitudi-
nis sex cubitorum & palmo. Ab elatione enim animi, dia-
bolus hic intelligitur superbus. A quantitate corporis,
Goliath gygas significatur. Extrinsecus quæ sumuntur, in
plures species dividuntur. Descendit, à genere ut, nun-

quid omnibus vobis dabit filius Isai agrum? A loco; ut, Au-
ctorem seditionis factæ Nazaræorum. Ab actu. Matth. 26.
Qui autem tradidit eum, dedit eis signum dicens. Ab e-
ventu, ut Ioan. 19. discipulus ille quem diligebat Iesus. Per
hunc tropum aliquoties & Dominus ipse demonstratur, à
genere: ut Matth. 21. Osanna filio David, à loco; ut, Qui se-
des super Cherubin apparet. ab actu; quemadmodum ha-
betur Iob septimo capite, Peccavi, quid faciam tibi, ó cu-
stos hominum?

De epitheto.

Επίθετον est præposita dictio pronomini. Nam anto-
nomalia vicem nominis sustinet, epitheton nunquam
est sine nomine: ut Ecclesi. 4. 5. Dilectus Deo & hominibus
Moses. Et, Misericors & miserator Dominus. Et, Iustus
Loth oppressum. Fit etiam epitheton modis tribus: ab a-
nimo, à corpore, extrinsecus. His duobus tropis aut viti-
peramus aliquem, vel ostendimus, vel ornamus.

De synecdoche.

Συνεχδοχη est significatio pleni intellectus capax, quam
Splus minùsve pronunciat. ut enim à parte totum ostendit:
ut Ioannis primo, Verbum caro factum est. Et Acto-
rum 27. Eramus verò in nave, universæ animæ ducentæ
septuaginta sex. Aut contrà, ut Ioannis decimonono, Ergo
propter parasceven Judæorum, quia iuxta erat monu-
mentum ubi posuerunt Iesum.

De onomatopœia.

Ὀνοματοποιία est nomen de sono factum: ut primæ Co-
rinthiorum 13. Cymbalum tinniens. Et Esaiæ 58.
Quali tuba exalta vocem tuam. Et Hieremiæ quarto, Can-
nite tuba. Et, Nunquid circumdabis collum equi hinni-
tum? Et Esai, 56. Rugitus leonis. Et Iob quarto capite, Vox
leoniæ. Et Esaiæ 56. Canes muti non valentes latrare.

Ad hunc tropum pertinere quidam existimant sibilos
serpentium, porcorum stridores: cæterorumque vocem
confusam animantium, quæ & ipsa in scripturis sanctis
sæpius indicata reperitur.

De periphrasi.

Περιφρασις est circumloquutio, quæ fit aut ut breviter
splendide describat, & producat: aut fedicitatem circui-
tu evitet. Splendide producta veritas, ut secundæ Co-
rinthiorum quinto: Scimus quoniam si terrestris domus no-
stra huius habitationis dissolvatur, quod ædificationem
habeamus ex Deo, domum non manu factam, æternam in
cælis. Fedicitatem circuitu evitans: ut Romanorum primo
capite, Nam scemina eorum immutaverunt natura-
lem usum, in eum usum, qui est contra naturam: similiter
autem & masculi, relicto naturali usu, &c.

De hyperbaton.

Υπερβατον est transensio quædam, verborum ordinem
turbans. Huius species sunt quinque: videlicet,

- 1 ὑπερολογια.
- 2 ανατροπη.
- 3 παρενθεσις.
- 4 σμυσις.
- 5 εὐχρησις.

De hysterologia.

Υστερολογια, vel ὑστέρων πρότερον, est sententia quæ ordo
verbis mutatur: ut Psalmo vigesimotertio, Hic acci-
piet benedictionem à Domino, & misericordiam à Deo
salutari suos: prius enim Dominus miserando iustificare so-
let impium, & sic postea benedicendo coronat iustum.

De anastrophe.

Αναστροφή, est verborum tantum præposterus ordo:
quemadmodum habetur Iob quinto capite: Quam
ob rem ego deprecabor Dominum pro, ob quam rem.

De parenthesi.

Παρέθεσις autem est interposita ratiocinatio divise senten-
tiæ. Quemadmodum est & illud Apollitoli ad Galatas se-
cundo capite, Qui enim operatus est Petro (in apostola-
tu circumcissionis) operatus est & mihi inter gentes. Et
cum cognovissent gratiam (quæ mihi data est) Iacobus &
Cephas & Ioannes, dextras dederunt mihi & Barnabæ
societatis.

De mesisi.

Μεσις est simplicis verbi sectio, aut unius compositi,
una dictione vel pluribus interjectis. Hæc species li-
cet in sacra scriptura facile inveniat, tamen habetur in
Christiano poeta: ut est,
Hiero quem genuit solymis Davidica proles.
Hoc est Hierusalem.

De synchysi.

Συνχυσις est hyperbaton ex omni parte confusum. Psal-
mo sexagesimo septimo: Si dormiatis inter medios cle-
ros pennæ columbæ deargentatæ, & posteriora dorsi eius
in specie auri. Prius enim hic, ut Augustinus ait, quæren-
dus est ordo verborum, quomodo finiatur sententia, quæ
utique pendet, & dicitur: Si dormiatis, deinde incertum
est, utrum hæ pennæ: an, ó vos pennæ: ut ad ipsas pennas
loqui videatur. Utrum ergo verbis quæ præcesserunt fini-
atur ista sententia, ut sit ordo: Dominus dabit verbum
evangelizantibus virtute multa, si dormiatis inter medios
cleros, ó vos pennæ columbæ deargentatæ. An his quæ
sequuntur, ut ordo sit: Si dormiatis inter medios cleros,
pennæ columbæ deargentatæ: nive dealbabitur in Sel-
mon, id est, ipsæ pennæ dealbabitur, si dormiatis inter
medios cleros, ut illis hoc dicere intelligatur, qui speciei
domos tanquam spolia dividuntur: id est, Si dormiatis
inter medios cleros, ó vos qui dividimini speciei domus
per manifestationem spiritus ad utilitatem, ut alii quidem
detur per spiritum sermo sapientiæ, alii sermo scientiæ se-
cundum eundem spiritum, alii fides, alii genera lingua-
rum, in eodẽ spiritu, &c. Si ergo vos dormiatis inter me-
dios cleros, tunc pennæ columbæ deargentatæ, nive deal-
babitur in Selmon. Potest & sic intelligi: Si vos pennæ
columbæ deargentatæ dormiatis inter medios cleros, ni-
ve dealbabitur in Selmon, ut subintelligantur homines,
qui per gratiam remissionem accipiunt peccatorum. Un-
de etiam de ipsa ecclesia dicitur in Cantico canticorum
octavo: Quæ est ista, quæ ascendit dealbata? Promissio
quippe Dei tenetur per Prophetam Etaiam, capite primo,
dicentem: Si fuerint peccata vestra tanquam phœniceû,
sicut nivem dealbabo. Potest & sic intelligi, ut in eo quod
dictum est, Pennæ columbæ deargentatæ: subaudiatur E-
ritis, ut iste sit sensus, Vos qui tanquam spolia speciei do-
mus dividimini, si dormiatis inter medios cleros, pennæ
columbæ deargentatæ eritis: id est, in altiora elevabimini,
compagini tamen ecclesiæ coherentes. Nullam quippe a-
liam melius hic intelligi puto columbam deargentatam,
quàm illam, de qua dictum est Cantico canticorum sexto:
Una est columba mea. Deargentata est autem, quia divi-
nis eloquiis est erudita. Eloquia namque Domini, alio lo-
co, eloquia casta dicuntur, Psalmo undecimo, Argentum
igne examinatum, terra purgatum septuplum. Magnum
itaque est bonum, dormire inter medios cleros: quos non-
nulli duo testamenta esse voluerunt, ut dormire sit inter
duos medios cleros, in eorum testamentorum autoritate
requiescere, id est, utriusque testamenti testimoniis acquies-
cere.

cere, ut quando aliquis ex his profertur & probatur, omnis intentio pacifica quiete finiatur.

De hyperbole.

Υπερβολή est dictio fidem excedens, augendi minuendive causa. Augendi, ut 2. Regum primo, Aquilis cæli velociores, leonibus fortiores. Minuendi: ut, Terrebit te sonitus folii volantis. Et Threnorum quarto: Denigrata est super carbonem facies eorum.

De allegoria.

Ἀλληγορία est tropus, quo aliud significatur quam dicitur: ut Ioannis quarto, Levate oculos vestros, & videte regiones, quia albæ sunt jam ad messem. Hoc est, intelligite, quia populi sunt jam parati ad credendum. Hujus species multæ sunt, ex quibus eminent septem:

- 1 ἑρωνία.
- 2 ἀντιφρασις.
- 3 ἀνιγμία.
- 4 χαιρετισμός.
- 5 παροιμία.
- 6 σαρκασμός.
- 7 ἄσεισμος.

De ironia.

Ἰρωνία est tropus per contrarium quod conatur ostendens: ut, Clamate voce majore, deus est enim Baal, & forsitan loquitur, aut in diversorio est, aut in itinere, aut dormit, ut excitetur. Hanc enim nili gravitas pronunciationis adjuverit, confiteri videbitur, quod negare contendit.

De antiphrasi.

Ἀντιφρασις est unius verbi ironia: ut Matthæi vigesimo sexto: Amice, ad quid venisti? Inter ironiam & antiphrasin hoc distat, quod ironiam pronunciatione sola indicat quod intelligi vult. Antiphrasis verò, non voce pronunciantis significat contrarium, sed suis tantum verbis, quorum est origo contraria.

De enigmate.

Ἀνιγμία, est obscura sententia per occultam similitudinem rerum: ut Psalmo sexagesimo septimo, Pennæ columbæ deargentatæ, & posteriora dorsi ejus in specie auri. Cùm significet eloquia scripturæ spiritualis divino lumine plena, sensum verò ejus interiori majori cœlestis sapientiæ gratia resurgentem. Vel certè vitam sanctæ Ecclesiæ præsentem, virtutum pennis gaudentem: futuram autem quæ in calis est, æterna cum Domino claritate fructuram.

De charientismo.

Χαιρετισμός, est tropus, quo dura dictu gratius profertur: ut Genesis vigesimo nono, Nonne pro Rachel servivi tibi, quare autem imposuisti mihi? uno enim levissimo impositionis verbo injuriam quam patiebatur gravissimam, temperantius loquens significavit.

De paræmia.

Παροιμία, est accommodatū rebus temporibusq; proverbium, ut secunda Petri secundo, Canis reversus ad vomitum suum. Et primi Regum decimo, Num & Saul inter prophetas: Quorum unum, cùm quemlibet post actam pœnitentiam ad vitia relabi dicimus; altero tunc utimur, cùm indoctum quenq; officium docendi adsumere, vel aliud quid artis, quam non didicit, sibimet usurpare videmus. Hic tropus adeò latè patet, ut liber Salomonis

quem nos secundum Hebræos Parabolas dicimus, apud Græcos ex eo nomen Paræmiorum, hoc est, Proverbiorum acceperit.

De sarcasmo.

Σαρκασμός, est plena odio, hostilisque irrisio: ut Matthæi vigesimo septimo, Alios salvos fecit, seipsum non potest salvum facere. Si rex Israël est, descendat nunc de cruce, & credamus ei.

De astismo.

Ἀστισμός, est tropus multiplex, numerosaque virtutis. Nam ἀσεισμός putatur, quicquid dictum simplicitate rustica caret, & satis facta urbanitate expolitum est, ut: Utinam abscondantur qui vos conturbant. Notandum sanè, quod allegoria aliquando factis, aliquando verbis tantummodò fit. Factis quidem, ut scriptum est, Quoniam Abraham duos filios habuit, unum de ancilla, & unum de libera, quæ sunt duo testamenta, ut Apostolus exponit. Verbis autem solummodò, ut Esaiæ undecimo, Egredietur virga de radice Jesse, & flos de radice ejus ascendet, quo significatur, de stirpe David per virginem Mariam, Dominum salvatorem fuisse nasciturum. Aliquando factis simul & verbis una eademque res allegoricè significatur: factis quidem, ut Genesis trigesimo septimo, Vendiderunt Joseph Hismælitis triginta argenteis. Verbis verò, ut Zachariæ undecimo, Appenderunt mercedem meam triginta argenteis. Item factis, ut primi Regum decimo sexto, Erat autem David rufus, & pulcher aspectu, & unxit eum Samuel in medio fratrum suorum. Verbis, ut Cantorum quarto, Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex millibus, quod utrunque mysticè significat mediatorum Dei & hominum, decorum quidem sapientia & virtute, sed fuisse sanguinis effusione roseum, eundemque unctum à Deo patre oleo lætitiæ, præ confortibus suis, Item allegoria verbi, sive operis, aliquando historicam rem, aliquando typicam, aliquando tropologicam, id est, moralem rationem, aliquando anagogen, hoc est, sensum ad superiora ducentè, figuratè denunciat. Per historiam nanq; historia figuratur, quum factura primorum sex sive septem dierum, toridem sæculi hujus comparatur ætatibus. Per verbum historia, dum hoc quod dicit Jacob Patriarcha, Genesis quadragesimo nono: Catulus leonis Juda, ad prædā fili mi ascendisti, & cetera, de regno ac victoriis David intelligitur. Per verbum, spiritualis de Christo, sive Ecclesia sensus, quum idem sermo Patriarchæ de Dominica passionis, ac resurrectione fideliter accipitur. Item allegoria facta, tropologicam, hoc est, moralem perfectionem designat, ut Genesis nonagesimo quarto: I uncia talaris & polymita, quam Jacob Patriarcha filio suo Joseph fecit, variarum virtutum gratiam, quæ nos Deus pater usq; ad terminum vitæ nostræ semper indui præcepit & donat, & insinuat. Allegoria verbi eandem morum perfectionem significat: ut, Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes, & cetera. Allegoria facti, anagogicum hoc est, ad superiora ducentem sensum exprimit: ut Septimus ab Adam Enoch translatus est de mundo. Sabbatum futuræ beatitudinis, quæ post opera bonæ sæculi hujus, quæ sex ætatibus, peragitur, electis in fine servatur, figuratè præsignat. Allegoria verbi, eadem vitæ cœlestis gaudia demonstrat, ut Matthæi vigesimo quarto, Ubi cunq; fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ. Quia ubi mediator Dei & hominum est corpore, ibi inimicum & nunc sublevatæ ad cælos animæ, & celebrata gloria resurrectionis, colligentur etiam corpora iustorum. Nonnunquam in una eademque re vel verbo, historia simul & mysticus de Christo vel Ecclesia sensus, & tropologie, & anagoge, figuratè intimatur: ut, Templum Domini: juxta historiam, Domus quam ædificavit Salomon: juxta allegoriam, Corpus dominicum, de quo ait Ioannes secundo, Solvite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Sive ecclesia ejus, cui dicitur: Templum enim Dei sanctū est: quod estis vos.

Per tropologiam, quisque fidelium, quibus dicitur prima Corinthiorum tertio, An nescitis quia corpora vestra templum est Spiritus sancti, qui in vobis est? Per anagogen, superni gaudii mansiones, cui aspirabat qui ait, Beati qui habitant in domo tua Domine, in saeculum saeculi laudabunt te. Simili modo quod dicitur Psalmo centesimo quadragesimo septimo: Lauda Hierusalem Dominum, lauda Deum tuum Sion. Quoniam confortavit terras portarum tuarum, benedixit filiis tuis in te. De civibus terrenae Hierusalem, de ecclesia Christi, de anima quoque electa, de patria caelesti, juxta historiam, juxta allegoriam, juxta tropologiam, juxta anagogen, recte potest accipi. Juxta allegoriam, de ecclesia diximus, sequentes exemplum doctissimi tractatoris Gregorii, qui in libris Moralibus, ea quae de Christo sive ecclesia per figuram dicta, sive facta interpretantur, allegoriam proprie nuncupare solebat.

De homaesi.

O *Molitoris*, est minus nota rei, per similitudinem ejus, quae magis nota est, demonstratio: hujus species sunt tres.

εικον. παραβολη. παραδειγμα.

De icone.

I *con*, est personarum inter se, vel eorum quae personis accidunt, comparatio: ut Ioannis primo, Vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti a patre. Et Lucae vigesimo, Neque nubent, neque ducent uxores, neque enim ultra mori poterunt, aequales enim angelis erunt.

De parabola.

Παραβολη, est rerum genere dissimilium comparatio: ut Matthaei decimotertio, Simile est regnum caelorum grano sinapis. Et Ioannis tertio, Sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis.

De paradigmate.

Παράδειγμα, est praepositio, sive enarratio exempli exhortantis aut deterrentis. Exhortantis, ut Iacobi quinto, Helias homo erat similis nobis, passibilis, & orationem oravit, ut non plueret super terram, & non pluit annis tribus, & mensibus sex. Et Matthaei sexto, Respiciite vocalitiam caeli, quoniam non ferunt, neque metunt, neque congregant in horrea, & pater vester caelestis pascit illa. Deterrentis, ut Matthaei vigesimoquarto: Illa hora qui fuerit in recto, & in domo, non descendat tollere illa: & qui in agro, similiter non redeat retrò. Memores estote uxoris Loth.

Et sic habentur tredecim generales tropi Sacrae scripturae.

BEDÆ PRESBYTERI DE ORTHOGRAPHIA

LIBER.



Littera etiam nota pronominis est, cum Augustum sola significat. B, propinqua est p litterae, qua saepe mutatur: ut, supponit opponit. C, nota est pronominis, cum Caesarem significat: item numeri, cum centum. D, littera, propinqua est consonantibus his, c g l p m t, quia haec succedunt in locum ejus: ut, accipe, aggrega, alliga, appare, arripe, committe, attende. nota pronominis,

cum Decium sola significat: item numeri: cum quingentos.

L sola, Lucium significat.

M sola, Marium.

N sola, numerum: praeposita G, Gneum.

P sola, Publum, & cum R, populum Romanum: & subiecta R, republicanum; & praeposita C, patres conscripti, sive post consulatum.

Q littera, etiam nota est nominis, cum Quintum sola significat: item honoris, quum Quastorem: populi, quum Quirites.

T, nota est pronominis, quum Titum sola significat.

V adjuncta c, quum virga jacente superposita, Vir clarissimus V geminata cum virga jacente superposita, Verbi gratia. V geminata cum duplici, Viri clarissimi.

A Nae praepositio, multa significat: nam & tempus significat, cum dicitur: Ante me non est formatus Deus, & post me non erit. Et praesentiam: ut, Ante conspectum gentium, revelavit iustitiam suam: id est, coram gentibus. Et dignitatem: ut, Posuit Ephraim ante Massalem: & Qui post me venit, ante me factus est: id est, mihi praelatus.

Aula, Latine domus regia est, Graece atrium: unde notandum, quod in Psalmo ubi legimus: Adorate Dominum in aula sancta ejus, non palatium aula nomine, sed atrium Graeco vocabulo debet intelligi.

Ausculto suavori, & ausculto praeposita magistri. Ausculto autem & audio, ex uno Graeco sermone vertuntur, quod est ακουω.

Arrha Latine dicitur, arrhabon Graece.

Agon Graece, Latine certamen.

Αραρα Graece, Latine arum.

Ασφαλτες Graece, Latine bitumen.

Acer, acerrimus, non acerrimus.

Agilis, agillimus, non agillissimus: & in Adverbiis acerrime & agillime.

Audeo, audes, perfectum facit, ausus sum.

Adjuvo Perfectae formae est.

Adjuvo Frequentativa.

Acervo, Aggero, Accumulo, ex uno Graeco verbo σπερνω.

Ager, animo: agrotus, corpore: utrumque per a diphthongum scribendum.

Aboleo, abolevi.

Arceo, arcui.

Alibi, alio loco.

Alias, alio tempore significat: attamen invenimus Alias, nonnunquam pro aliter, sive pro alio loco positum.

Abstineo me cibo.

Alienus sum crimine.

Anteibat sapientia Salomon cunctis mortalibus. Iulianus ait,

Admoneo interfectorem caedis & caedem.

Aequalis, alterius staturae par est.

Aequabile, quod aequari potest.

Appetens cibum, & appetens tibi. Ambrosius: Cancer ut appetens cibi, ita propiciens est periculi.

Accuso sacrilegum, & infirmulo, ex uno Graeco verbo κατασπερνω.

Animadverto in te, & vindico in te, ex uno Graeco κολαζω.

Aer singulari tantum numero gaudet: & quamvis aera dicamus, tamen certis casibus non utimur.

Autumnus genere masculino: & Autumnum dicitur neutro: utrumque numero singulari.

Aurichalcum & Orichalcum dicimus: & hoc singulariter tantum, sic & caetera metalla.

Ab, & Ex, praepositiones, si sequens verbum a vocali incipiat, integre efferuntur: ut ex oppido, ab illo, si consonantes sequantur, extremam litteram perdunt: ut, Effero a sacerdote. Haec autem praepositiones ita differunt, cum dicit quis a theatro se venire, non ex ipso theatro: sed de loco qui est proximus theatro, se venire significat. Qui in uno ex theatro se venire dicit, ex ipso theatro significat.